



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Theologia Moralis**

**Reiffenstuel, Anaklet**

**Monachii, 1699**

Quæstio I. Quid, & quotuplex sit Censura Ecclesiastica?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40206**



## TRACTATVS X III.

### De Censuris, ac Irregularitate, aliisque Pœnis Canoniciis.

1.  Ractatus de Censuris Ecclesiasticis valdè utilis est, Utilitas hu-  
scitūque necessarius omnibus, qui sive in Foro Pœ-  
nitentia, sive exteriori Ecclesiastico judicant ; tūs.  
ed quoddipse partim sint Pœnae medicinales, cap. 1.  
de Sent. excom. in 6. partim pertineant ad Nervum  
Ecclesiastice discipline nunquam disrumpendum, c. Cūm inter. de Con-  
fusud. Quia verò Censuræ sub Pœnis Canoniciis, tanquam spe-  
cies sub genere continentur, breviter etiam de his agendum, ita  
tamen, ut materia Irregularitatum exactius declaretur.

## DISTINCTIO I.

### De Censuris, & Pœnis Canoniciis in genere.

## QUÆSTIO I.

Quid, & quotuplex sit Censura Ecclesiastica?

2.  Ensura apud Romanos significabat tum Officium Cen-  
foris, tum sententiam ejusdem Censoris, mores corri-  
gēntis, aut pœnam decernentis. Unde occasione hu-  
jus posterioris acceptio[n]is factum est, quod Censura significet  
correctionem quandam, & punitionem ; juxta illud Juvenalis,  
*Satyrā 1. de Junone canentis* : *Dat veniam corvis, vexat censura colum-  
bas.*

l. iiii 3

Censura ge-  
neratime

bas. In proposito tamen nomine Censurae intelligimus solam Ecclesiasticam; de qua loquendo, sit

Censura Ec.  
elesiastica,  
quid?

3. CONCL. I. *Censura Ecclesiastica* est poena spiritualis, ac medicinalis, pro culpâ inflicta, privans usum aliquorum spiritualium bonorum, per Ecclesiasticam potestatem imposta, ut Fidelis à contumacia desistat. Ita in re communis, & patebit explicando singulas particulas.

Est poena  
spiritualis,

Ac medici-  
nalis.

4. Dicitur, *poena spiritualis*. Tum ad differentiam poenarum corporalium: siquidem Censurae Ecclesiasticae non versantur principaliter circa privationem bonorum temporalium, aut afflictionem corporis: quamvis per accidens, & secundariò, non nunquam hæc sequatur ex illa. Tum quia poena spiritualis latius patet, quam censura: unde hæc particula stat loco generis, cætera vero habent rationem differentiarum.

5. Dicitur ulterius, *ac medicinalis*. Quia Censura Ecclesiastica propriè non est poena vindicativa sceleris iam patrati, sed potius est poena medicinalis, intendens futuram correctionem delinquentis contumacis, arg. cap. 1. de Sentent. excomm. in 6. ibi: Cum medicinalis sit excommunicatio, non mortalis, disciplinans non eradicans; dum tamen is, in quem lata fuerit, non contemnat.

Declaran-  
tur aliae ejus infulguntur, nisi ob culpm: per quod differunt ab irregulari-  
particulae, tate, quæ quandoque incurritur absque ulla culpa, ex merode-  
(a) Iuxta factu aliquo. (a) Et additur rursum, privans usum aliquorum bonorum  
dicenda spiritualium: qualia sunt administratio, vel receptio Sacramen-  
tis. 3. n. torum, Suffragia Ecclesiæ, Sacrificium Missæ, ac hujusmodi. Di-  
24. & seqq. citur tandem, per Ecclesiasticam potestatem imposta: quia potestas  
ferendi Censuras convenit soli Ecclesiæ, cui dicta potestas com-  
petit Jure Divino; prout habetur Matth. cap. 16. & 18. quamvis  
institutio, atque ipsa impositio Censurarum, sit de Jure humano  
Ecclesiastico.

Censurae Ec.  
elesiasticae, delicet Excommunicatio, Suspenso, & Interdictum. Ita omnes  
quot?

Doctores; & habetur clarè c. Quarenti. de Verb. signif. ubi Pontifex  
interrogatus, quid per Censuram Ecclesiasticam debeat intelligi?

Respondet, quod per eam non solum interdicti, sed suspensionis, ac ex-  
communicationis sententia valeat intelligi. Unde patet, has

tres esse Censuras Ecclesiasticas, & qui-

dem solas.

QUE